



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

3. Quare & vos tansgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

ad Dei culum & populi ædificationem institutæ. Quare nullam, ut dixi, affinitatem traditiones Ecclesiasticae cum seniorum traditionibus, quatum transgressio à Pharisæis obicitur, nihil commune habent.

3. *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?*

**H**oc erat maximum Scribarum & Pharisæorum sacrilegium, quod illis recentibus suorum traditionibus ita inhærebant, ut propter illas seruant leges Dei mandata in lege scripta violarentur. Id quod dupliciter fiebat: uno modo suarum traditionum obseruantiam magis exactè & rigidè à suis exigendo quam scripta in lege Lei mandata, quod apud Marcum priori loco, hic verò apud Matthæum posteriori loco à Christo obicitur, nosque posterius examinabimus. Alio modo ipsa Dei mandata per suas nouas traditiones quasi expositioñes peruersas corrumpendo, ut in textu apparet circa mandatum de honorandis parentibus. Hoc idem crimen Catholicæ Ecclesiæ generalibus verbis obiciunt hæretici, sed in nulla Ecclesiastica traditione hactenus hoc probare potuerunt. Neque hoc loco Calvinus hunc transgressionis modum Catholicis impingit, sed priorem illum, quem Christus non ipsis verbis, ut putauit Calvinus, sed aliis expressit, quæ nunc explicanda sunt.

9. *Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.*

**D**uplicem hypocrism in Iudeis notauit Esaias, & ut Hypocrisis Christus exponit, non tam de sui temporis Iudeis Iudeorum quād defuturis Messiae tempore prophetauit. Prima hypocrisia erat, labijs Deum honorare, sed cor ab eo longè habere: id est, profiteri quidem se non nisi unum & verum Deum colere, verum tamen Messiam à Deo missum nolle agnoscere & recipere, sed eum toto corde auersari. De hac hypocrisi nihil hoc loco Calvinus. Altera hypocrisia erat, quod plane frustra & sine ullo fructu Deum colebant, quia in eius cultu, vel ad cum rite colendum, suas traditiones & doctrinas humanas sedulò alios docebant, vel obtrudebant potius, relinquentes interim, & negligentes mandata Dei. Hoc enim Marcus expressè adiunxit tanquam causam & rationem præ-